

**N**ec Amon (Anno mōi. 4 5 51.) fecit malum coram domino et percussus est a seruis suis obiitque in domo sua propterea peremptus eumque cum patre suo sepelierunt.

**J**osias rex iude (Anno mōi. 4 5 58) accepit regnum cum octo esset annorum optime regens. Idolatras persequens. Sacerdotes ad instaurandum templum inducens. populum ad obseruationem legis et dei timorem reducens. Ad azimorum festiuitatem que pascha dicitur eos adduxit et phase solenniter celebrari faciens. Hic demum quia prexit ad pugnandum contra regem egypti contra voluntatem domini vulneratus grauer in hierusalem ductus migravit ad dominum super cuius morte flere. lamentationes fecit. Cum in omnibus rebus ita gloriosus extitit: ut cum eo iudeorum gloria fere orta simul et extincta fuerit. Hic iosias adhuc in puericia quesitum dominum. Perseuerauitque usque in finem adeo religiose conuersatus est in lege domini quod dicitur non habuisse similem in regibus iude.

**J**oahas (anno mōi. 4 5 89.) malum fecit coram domino: ideo tradidit eum dominus in manus pharaonis necho regis qui eum captiuum adduxit in egyptum. Et eius seniori fratri et eodem patre progenito noie Eliachim tradidit regnum mutans ei nomen Joachim.

**Zaleucus**



**Z**aleucus vir iustissimus leges condidit. et inter cetera decreuit. ut qui adulterij crimine committeret: utroque oculo priuaretur. quod eius filius eius commisisset: iussit ipsum exoculari. Verum tota ciuitas aliquodiu ei reluctabatur tandem victus instantia populi. ne lex a se condita violaretur: suo prius: deinde filij oculo eruto utrisque usum videndi reliquit. Sicque mirabili equitatis tempamento: se inter misericordem patrem et iustum legislatores partitus est. Disce o xpiane quanta diligentia debeas

sancta dei tui precepta custodire: si sic maluit paganus puniri. pro iusta lege sua que eam inultam relinquere.

**J**econias cognomēto Eliachi etiā fuit fili⁹ Josie et cōstitut⁹ ē rex a pharaone ut daret multā cetū talēta argēti. Et quia fecit malū corā dño ascēdit contra eum Nabuchodonosor et factus est ei seruis annis tribus.

**J**oachim cognomēto Eliachi et factus est ei seruis annis tribus. De ista cum rebellaret iterum contra eum ascendit interfecitque eum in hierusalem et proieci fecit corpus eius extra murum.

**J**eoconias fuit fili⁹ ieconie: fecitque malū corā dño: itō statim est amot⁹ ne regnaret et vincit⁹ est traslat⁹ in babilonē. Adāsit aut iochi iste in carcere apud chaldeos. 37. annis et fili⁹ cū a vicul⁹ post mortē p̄ris Nabuchodonosor soluit.

**S**edechias anno mōi. 4 600. fuit tercius filius Josie et vltimus regus iuda et hierusalem et malus. non audiuit hieremiam prophetā ideo perijt et omnis iuda cum eo ductus in babilonē. Erutiq; sunt oculi eius et occisi filij eius hec quippe hieremias et ezechiel pphetauerant quod vincit⁹ duceretur ad babilonicum regem. Capto igif rege vniuersus populum caldei trucidauerūt. Et qui gladium euaserant ad seruiendum caldeis abducti sunt.



**S**apientia milesius vn⁹ de vii. sapiētib⁹ clarus habetur: q post theologos et poetas sophi dicti sunt id est sapiētes: iste tales p̄mus potuit predicere defectū solis et lune ut dicit Augustin⁹. de his folia precedentia gesta ac dicta eorum manifestant.

- Tales
- Solon
- Chilon
- Periander
- Cleobolus
- Bias
- Pitacus

septem sapiētes

Nomina septemum sapientum greca cantat. Partibus ac notos diuersis orbis honorat.

**Linea Christi**



Amon



Josias VIII



Joahas



Jeconias



Joachim



Sedechias

